

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Cotta, & Sulpitius. Capvt LIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

Cotta, & Sulpitius.

CAPUT L III.

Inueniebat acutè Cotta, dicebat purè, ac solutè, & vt ad infirmitatem laterum persci- enter contentionem omnem remiserat, sic ad virium imbecillitatem dicendi accommodabat genus, nihil erat in eius oratione nisi synecorum, nihil nisi siccum, atque sanum, illudque maximum, quod cum contentione orationis flectere animos iudicium vix posset, nec omnino eo genere diceret, tractando tamen impellebar, vt idem facerent à se commoti, quod à Sulpitio concitat.

Fuit enim Sulpitius, vel maximè omnium, quos quidem ego audierim, Grandis, & vt ita dicam, a tragicus orator: vox cum magna, tum suavis, & splendida: gestus, & motus corporis ita venustus, vt tamen ad forum, non ad scenam institutus videretur. Incitata, & volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens oratio. Crassum hic volebat imitari. Cotta malebat Antonium: sed ab hoc vis aberrat Antonij, Crassi ab illo lepos.

N. N.

a Tragica vestitus lepore, et urbanitate tempe- randa. Non bene audiunt oratores tragicis, & ea forte de causa. Eschinem Τραγικὸν τὸν μὲν De- mosthenes appellat. ὁ πορείᾳ ὑπόκειται ἀρχῆς, & μάθημαν μᾶλλον τραγῳδεῖς οὐ τραγῳδῶν εὐθύ- μηρος Harpocration.

Hortensius.

CAPUT L IV.

Hortensi ingenium, vt a Phidiæ signum simili aspectum, & probatum est. Nam cum admodum adolescentis ortus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi coepit: b) quanquam inciderat in Cotta, & Sulpitij aetatem, qui annis decem maiores, excellente tum Crasso, & Antonio, deinde Phillipo, post Iulio, cum ijs ipsis dicendi gloria comparabatur. Primum memoria tanta, quantam in illo cognouisse me arbitror, vt que secum commentatus essem, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus excogitauisset. Hoc adiumento ille tanto sic vtebatur, vt sua commentata, & scripta, & nullo referente, omnia aduersiorum dicta meminisset. Ardebat autem cupiditate sic, vt in nullo vacuam

flagrantius studium viderim. Nullum enim patiebatur esse diem, quin aut in foro diceret, aut meditaretur extra forum, sapissime autem eodem die utrumque faciebat. Attuleratque minime vulgare genus dicendi: duas, quidem res, quas nemo alias partitiones, quibus de rebus dicturus esset, & collectiones, memor, & quae essent dicta, contra quæque ipse dixisset. Erat in verborum splendore elegans, compositione aptus, facultate copiosior: eaque erat eū summo ingenio, tum exercitationibus maximis consecurus. Rem complectebatur memoriter, diuidebat acutè: nec pratermittebat ferè quicquam, quod esset in causa, aut ad confirmandum, aut ad refellendum. Vox canora, & suavis; morus, & gestus etiam plus artis habebat, quam erat Oratori satis.

N. N.

a Apparet in eo oratore fuisse magna ingenij vis, & felicitas, que sanctiori cultura caruit. Melius dicebat, quæ scripsit, & eiis scripta, ut ait Quintilianus, intra famam sunt, placebat aliquid eō dicente quod legentes non inueniebant Fab. b. 11. Memoria vero fuit adeo felicis, ut cum in audione presideret diem rotum, & emnes res, & pretia, & emptores crâne suo argenteris recognoscerentibus. Ita ut nullo falleretur recenseret Senec. Controvers. l. v.

b) Plus impendebat corpori, quam dictioni. Nescires utrum cupidius eō audiendum eum, an ad spectandum concurreretur Val. lib. 8. c. 10. de quo multa bell. noctium Attic. l. 1. Collega de iuriis diem dixit, quod sibi in angustiis obuius ostensu fortuito structurum toga destruxerat, & capitale putauit, quod humero suo locum ruga mutasset. Itaque iam Dionysia saltatrixcula appellabantur, quod malebat audire, quædam usus. & expeditus V. de Macrob. Satur. l. 3. c. 13.

Marcus Crassus Junior.

CAPUT L V.

Is mediocriter à doctrina instructus, augustinus etiam à natura, labore, & industria, & quod adhibebat ad obtinentias cuiusdam curā etiam, & gratiam, in principib; patronis aliquor annis fuit. In hunc oratione sermo latinus erat, verba non abiecta, res compositæ diligenter, nullus flos ramen, neque lumen vñus: animi magna, vocis parua contentio, omnia ferè ut similiter, atque uno modo dicentur.

D 3

N. N.